



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,  
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.  
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

**Pichler, Vitus**

**Augustae Vindel., 1733**

Titulus XXXIII. De Majoritate, & Obedientia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63440)

Nov. 124. c. 2. Præterea ex malitia vel culpa mortaliter peccaminosa malè judicans tenetur in conscientia, & ante omnem sententiam, omne damnum Parti illatum resarcire; sic enim exigit Justitia commutativa.

## TITULUS XXXIII.

### *De Majoritate & Obedientia.*

#### SUMMARIUM.

1. *Quid sit Majoritas, & Obedientia.*
2. *Quibus competat præcedentia.*
3. *Quis sit Judex in causa præcedentia.*
4. *Quibus in rebus præstanda obedientia.*

**P**er *Majoritatem* intelligitur prærogativa, vel excellentia unius præ altero, & inde ordinum jus præcedentia; quod personis Ecclesiasticis competit vel ratione Ordinis majoris, consecrationis aut benedictionis, quam quis habet, jurisdictionis, vel dignitatis, privilegii, antiquitatis vel senii; immo & ratione Ordinantis, ut si quis sit Ordinatus à Papa. c. 1. 7. h. t. Per *obedientiam* vero reverentia erga Majores & Superiores, paritio, ac executio mandatorum. c. 8. de Offic. Jud. Ord. c. 2. h. t.

Dico 1. Quamvis in Clero Sæculari de Jure Communi (olim Archidiaconus) hodie autem Vicarius Generalis Episcopi obtineat primum locum post Episcopum, & Sede vacante nulli cedat, nisi præcipuam dignitatem in Capitulo obtinenti;

nenti; de consuetudine tamen, præsertim Germaniæ, Canonicos Cathedrales non præcedit, saltem seniores se, si & ipse sit Canonicus. Barb. de off. & pot. Episc. allegat. 54. n. 167. Item quamvis in Clero Regulari de Jure præcedant Canonici, tum Clerici Regulares, dein Monachorum Mendicantes Religiosi. In concursu autem Cleri Sæcularis & Regularis post Episcopum primi sint Abbates & Prælati Regulares in dignitate constituti, adeoque Canonicos singulariter & solitariè (non Capitulariter & in Corporere) incedentes præcedant tum propter jurisdictionem, quam habent, tum propter benedictionem; in hac tamen re maximè attendenda est confusio locorum, vel etiam conventiones. Sic vidi in aliqua civitate ex Ordinibus Religiosis præcedere, qui antiquiorem in illa stationem obtinenter.

3 Dico 2. Si controversia inter personas Ecclesiasticas Episcopō inferiores, vel inter Confraternitates, super præcedentia, Judex est Episcopus, qui illam statim componet remota omni appellatione. Trid. f. 25. c. 13. de Regular. nimis per similes controversias non statim satis, quarum fundamentum videtur esse ambitio, cultus Divinus minuatur, vel populus scandalizetur.

4 Dico 3. Quamvis omni Jure Superioribus debeatur obedientia, hæc tamen ad alia se non extendit, quæm in quibus alteri quis subest. Ratio; quia in aliis se habet instar non-subditi; sic Religiosus habens parochiam Episcopo subjectam tenetur quidem ipsi obedire in iis, quæ spectant ad curam animarum, non verò in

in iis, quæ spectant ad observantiam Regularem,  
nisi quoad hanc curandam Prælatus Regularis es-  
set negligens.

## TITULUS XXXIV.

### De Treuga & Pace.

#### SUMMARIUM.

1. Quid sit Treuga, Pax, Bellum.
2. Quid si Treuga & Pax violetur.
3. Quid requiratur, ut licitum sit Bellum offensi-  
vum.

**T**reuga, probabiliter à Germanica voce  
**Treu** / fidem vel securitatem denotan-  
te, dicta, est securitas rebus aut perso-  
nis præstita nondum finitâ discordiâ aut bellô.  
per c. 2. h. t. Alio nomine dicitur Armistitium,  
Inducia, Waffen Stillstandt. Dividitur in  
Conventionalis & Canonica: *Conventionalis*  
est, quando ipsi dissidentes, vel bellum geren-  
tes, ex pacto solenniter consentiunt in cessatio-  
nem ab armis ad tempus: & hæc est Juris Gen-  
tium, imò & Juris Naturalis, quod jubet etiam  
hostibus servari fidem. *Canonica* autem, quam SS.  
Canones statuunt; hi enim c. 1. & 2. h. t.  
Treugam servari volunt ab occasu solis in die  
Mercurii usque ad ortum solis diei Lunæ, &  
ab Adventu usque ad Octayam Epiphaniæ.

Pars I.

Q

item